



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 19. Caput II. De ratione institutionis SS. Eucharistiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. A. C. 1551. *Luc. c. 22. v. 19. Et 20. I. Cor. c. 11. v. 24. Et 25.* „ma Coena Redemptorem nostrum in-  
 „stituisse: cum post panis, vini que be-  
 „nedictionem, se suum ipsius Corpus  
 „illis præbere, ac suum Sanguinem,  
 „disertis, ac perspicuis verbis testatus  
 „est; quæ verba a sanctis Evangeli-  
 „stis commemorata, & a S. Paulo po-  
 „stea repetita, cum propriam illam,  
 „& apertissimam significationem præ-  
 „ferant, secundum quam a Patribus  
 „intellecta sunt, indignissimum sane  
 „flagitium est, ea a quibusdam conten-  
 „tiosis, & pravis hominibus ad fictitios,  
 „& imaginarios tropos, quibus veritas  
 „Carnis, & Sanguinis Christi negatur,  
 „contra universum Ecclesiæ sensum de-  
 „torqueri: quæ tanquam columna, &  
 „firmamentum veritatis, hæc ab impiis  
 „hominibus excogitata commenta ve-  
 „lut sathanica, detestata est, grato  
 „semper, & memori animo præstan-  
 „tissimum hoc Christi beneficium agnos-  
 „cens.

I. ad Tim.  
cap. 3.

§. XIX.

C A P U T II.

*De ratione institutionis SS. Eucha-  
 ristice.*

I. Cor. c. II. v. 26. „Ergo Salvator noster discessurus ex  
 „hoc mundo ad Patrem, Sacra-  
 „mentum hoc instituit, in quo divitias  
 „divini sui erga homines amoris velut  
 „effu-

„effudit, memoriam faciens mirabi-  
 „lium suorum, & in illius sumptione  
 „colere nos sui memoriam præcepit,  
 „suamque annuntiare mortem, donec  
 „ipse ad judicandum mundum veniat.  
 „Sumi autem voluit Sacramentum hoc,  
 „tanquam Spiritualem animarum ci-  
 „bum, quo alantur, & confortentur  
 „videntes vita illius, qui dixit: qui  
 „manducat me, & ipse vivet propter  
 „me: & tanquam antidotum, quo li-  
 „beremur a culpis quotidianis, & a  
 „peccatis mortalibus præservemur.  
 „Pignus præterea id esse voluit futuræ  
 „nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis,  
 „adeoque Symbolum unius illius  
 „corporis, cujus ipse Caput existit,  
 „cujusque nos tanquam membra arctif-  
 „sima Fidei, Spei, & Charitatis con-  
 „nexionem adstrictos esse voluit; ut id  
 „ipsum omnes diceremus, nec essent  
 „in nobis Schismata.

Sæcul. XVI.  
 A C 1551

§. XX.

C A P U T III.

*De excellentia SS. Eucharistiæ.*

„Commune hoc quidem est Sanctif-  
 „simæ Evcharistiæ cum cæteris  
 „Sacramentis, Symbolum esse rei fa-  
 „cræ, & invisibilis gratiæ formam vi-  
 „sibilem: verum illud in ea excellens,  
 „& singulare reperitur, quod reliqua

Matth. c. 26.  
 Marc. c. 14.  
 v. 22  
 Roman. c. 6.

C 4

„Sa-